

Balticus, Martin: Carmen de adventu ... Principis ... Ludovici, Ducis Wirtimbergici
..., 1578.

zu Bild Nr.

30

28

34

24

19

Hic genus antiquum, domus & quo Schadia gaudet,
Instaurat sibi cum Consule fratre suo.
Seruatus Ehingerius. Nominis & fausti Seruatus affuit omen,
Ehingerorum florida fama domus.
Hunc grauitas morum uultu uenerabilis ipso
Laudat: & est studijs non rudit ille bonis.
Ioannes Baldingerius. Nec Baldingerum taceat mea. Musa Ioannem,
Humanus, sapiens, & bonus ille iur est.
Iodocus Beffrererius. Et Beffrerum genitum de stirpe uetus, a
Nomine Iodocus dicitur ille suo.
Præsentes alij quoq; plures forte facrunt,
Quos ego notitia non scio forte mea.
Omnibus his comem se præbuit inclitus heros,
Et uarijs epulis prandia lauta dedit.
Apposuitq; sue mixtos primoribus aulae,
Suavia lætitiae signa deditq; sue.
Tum se se recreant omnes dapibusq; meroq;
In tacito sentit gaudia quisq; sinu.
Ecce cyatho monitus donato quisq; bibebat,
Auro se quiuis proluit atq; nouo.
Musica nec desunt uarie modulamina turba
Vrbis que digitis datq; mouetq; suis.
Nec Symphoniacæ desunt quoq; carmina uocis,
Et reficit cunctis pectora dulce melos.
Musica cœlesti numen deducit ab arce,
Musica ornamē, Cœlum harmoniacos seruat habetq; sonos.
tum Conuiuij. Hæc ornat coniuncta mero conuiua dulci,
Et procul è tristi nubila mente mouet.
Est ferus, & siliccs circum præcordia clausit,
Quem mouet haud aliquo Musica blanda sono.
Scu.

Ende

Anfang